

Order of Saint Lazarus: Primary sources

Alexander IV, Pope of Rome. Bullae Papae Alexander IV: Eisdem magistro et fratribus, quorum hospitale dated 11th March 1255.

- In: C. Bouredel, J. de Loye, P. de Cenival, A. Coulon [eds.]. Les Registres d'Alexander IV. BÉFAR, Paris, series 2, 1895, vol.1:p.122

18.iii.1255 Naples, Italy	Pope Alexander IV	Papal Bull given in favour of the Order
---------------------------------	-------------------	---

404

Naples, 11 mars 1255.

Eisdem magistro et fratribus, quorum hospitale ad extremam fere paupertatem guerrarum discrimine est redactum, concedit ut ecclesiam de Galby, Lincolnensis diocesis, propriis usibus deputent. (REG. 24, c. 333³, f. 49.)

« ... magistro et fratribus ut supra. Intenta misericordie studiis apostolice preminentia dignitatis sub continua vobis afflictione gementibus debet sic adesse propitia, quod miserabiliter vestra condicio penarum suarum percipere gaudeat aliqua lenimenta. Cum itaque hospitale vestrum, in quo, sicut asseritis, conventus nobilium, strenuorum militum et aliorum tam sanorum quam leprosorum pro expugnandis inimicis christiani nominis manere solebat, ad extremam fere paupertatem guerrarum discrimine sit redactum, possessionibus vestris pro magna parte a paganis et hostilibus ecclesie occupatis, ita quod inopia vestra vix relevari valeat nisi vobis de clementia Sedis apostolice succurratur, nos vestris piis precibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus ut ecclesiam de Galby, Lincolnensis diocesis, in qua jus patronatus sicut asseritis obtinetis, cedente vel decedente ipsius rectore, pro vestra relevanda inopia vestris usibus deputare ac eam per fratres vestros ingredi valeatis. Ita tamen quod perpetuo vicario in ea servituro de ipsius proventus portio competens, ex qua congrue sustentari et episcopalia ac alia ipsius ecclesie onera supportare valeat, assignetur, diocesani episcopi in omnibus jure salvo. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V idus martii, anno primo. »

Order of Saint Lazarus: Primary sources

Naples, 18 mars 1255

Eisdem magistro et fratribus, quorum hospitale ad extremam fere paupertatem guerrarum discrimine est redactum, concedit ut ecclesiam de Galby, Lincolniensis diocesis, propriis usibus deputent. (reg. 24, c.333, f.49)

"... magistro et fratribus ut supra. Intenta misericordie studiis apostolice preminencia dignitatis sub cunctis vobis afflictione gementibus debet sic adesse propitia, quod miserabiliter vestra condicio penarum suarum percipere gaudeat aliqua lenientia. Cum itaque hospitale vestrum in quo, sicut asseritis, conventus nobilium, strenuorum militum et aliorum tam sanorum quam leprosoꝝ pro expugnandis inimicis christiani nominis manere solebat, ad extremam fere paupertatem guerrarum discrimine sit redactum, possessionibus vestris pro magna parte a paganis et hostilibus ecclesie occupatis, ita quod inopia vestra vix relevari valeat nisi vobis de clementia Sedis apostolice succurratur, nos vestris piis precibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus ut ecclesiam de Galby, Lincolniensis diocesis. in qua jus patronatus sicut asseritis obtinetis, cedente vel decedente ipsius rectore, pro vestra relevanda inopia vestris usibus deputare ac eam per fratres vestros ingredi valeatis. Ita tamen quod perpetuo vicario in ea servituro de ipsius presentibus portio competens, ex qua congrue sustentari et episcopalia ac alia ipsius ecclesie onera supportare valeat, assignetur, diocesani episcopi in omnibus jure salvo. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V idus martii, anno primo."